Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37127
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Gratia pax et virtus tua et benedictio tua super populum tuum. Alleluia. Tunc dixit Gehezi nomen eius dicens: Rex ecce iste quam multa
Illud et ascendens Iesus in navicula transfretavit et venit
in civitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in
lecto. Et videns Iesus fidem illorum dixit paralytico: Confide fili
remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se: hic
blasphemat. Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum dixit: Ut quid
cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere dimittuntur
tibi peccata tua an dicere surge et ambula? Ut autem sciatis quia
filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico:
Surge et tolle lectum tuum et vade domum tuam. Et surgens
abiit in domum suam. Videntes autem turbae timuerunt et glorificaverunt
deum qui dedit potestatem talem hominibus. Glorificavit
moyses altare domino offerens super eum holocausta et immolans vi
ctimas sicut sancta sancta vespertinum et odorem suavitatis
domino deo israel filiorum eius. Per. Oremus. Quae nobis per hanc sacrosanctam
venerandam commemorationem sumenda dignanter prae
stas efficias, per quam quemadmodum sancta eius cognoscimus virtutes
sic eam dignis moribus assequamur per. Tollite hostias
et intrate in atria eius adorate dominum in aula sancta eius. Graduale
Gratias tibi de cuncta sacramento munere vegetati tua mirabilia
depromentes ut digne nos eius participatione efficiamur per. Dominica
Salvum fac servum tuum domine de angustiis tribulationis clamantem
ad te exaudiam eos et ero illorum dominus in aeternum. Attende parvulo meo legem meam inclinate
aures vestras in verba oris mei. Omnes et singuli de
versantes adversarium, precamur exclude ut mente et corpore
quae expedit quae tua sunt libenter mente excipiamus per. Epistola
Haec renovamini spiritu mentis vestrae et induite novum hominem
qui secundum deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis. Apostolus ad
deponentes mendacium loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo
quoniam sumus inuicem membra. Iratemini et nolite peccare. Sol